GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 151r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25958
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& compressa mala desidia. apte sequitur. quia aruit herba. defe
cit germen. uiror omnis interiit. Potest designari per herbam uo
luntas peccati. per germen opus peccati. per uirorem. perseuerantia pec
cati. Bene quidem aruisse herba dicitur. quando peruersa uoluntas
quasi subtracto predictarum humore aquarum exsiccata immo supa
ta fuerit. deficit germen. quando sublata per misericordiam dei mala
uoluntate de corde. opus etiam peccati recidit a corpore. Recisso
mali operis germine. uiror omnis interiit. quia in homine illo. in
quo & uoluntas & opus peccati. quantum in hac uita possibile est
desiit. perseuerantia peccati feliciter deperit. Hic est perfectus perfecte pe
nitentie modus. quem misericors dominus omnibus saluari cupientibus
premonstrauit atque prescripsit. quem ut attentius commendaret. protinus sub
iunxit & ait. Secundum magnitudinem operis. & uisitatio eorum. Possumus
uerba ista sic intelligere. ut secundum magnitudinem peccati. men
sura penitentie & satisfactionis debeat extendi. sicque secundum mag
nitudinem bone operationis. perfecteque satisfactionis. aderit homini
gratia & dulcedo superne uisitationis. Hec autem omnia ut in iob dicitur
operatur deus tribus uicibus per singulos. In tribus his uicibus. quibus salutem homi
nis omnipotens deus operatur. exhortatio. modus. atque perfectio penitentie
mystice notatur. Exhortationem premisit. modum ostendit. nunc etiam
quid sit perfectio penitentie declarat cum dicit. Ad torrentem salicum
deducent eos. quo circuit clamor terminum moab. usque ad gallym
ululatus eius. & usque ad puteum helym clamor eius. quia aque dybon
replete sunt sanguine. Salices arbores infructuose sunt. quia
nullum aptum humanis usibus fructum proferunt. Quod dicit ad torrentem
salicum deducent eos. idem est ac si dicat. Qui prescriptam exhortationem
susceperint. qui iuxta premonstratum penitentie modum. digne pro pec
catis suis deo satisfecerint. exiciales illos peccatorum fructus quos
aliquando proferre solebant. ad felicem quandam sterilitatem deducent.
quia uiriliter eos a corde & corpore suo eradicant. ne solito more